



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1706**

Litterarum Testimonialium pro aggregatione Confraternitatis Formula XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

quam etiam Papa de rigore teneatur digniori conferre, ne lædatur iustitia distributiva, & de facto confert, quoties provisio fit de Parochiali, prævio concursu habito coram Ordinario in mense reservato, servata forma Concilii.

Testimonialis pro aggregatione  
Confraternitatis.

FORMULA XVII.

SUMMARIUM.

1 Confraternitates aggregatæ Archiconfraternitatibus Urbis non gaudent privilegiis aggregantis, sed indulgentiis.

N. Dei, & Apostolicę Sedis gratia Episcopus N.

**U**Niversis, & singulis per præsentem testamur in Ecclesia N. hujus Civitatis (vel loci N. Diocesis) reperiri legitimè erectam Confraternitatem Laborum sub titulo . . . . . quæ in visitandis Carceratis, & distribuendis illis, aliisque pauperibus infirmis eleemosynis, & aliis pietatis operibus cum usu sacrorum coloris . . . . . se exercet. Cupientesque iidem Confratres indulgentiarum, gratiarum spiritualium, aliorumque *Theaurorum Cœlestium fieri participes*, & proindè aggregari Ven. Archiconfraternitati N. Almę Urbis: Idcirco cum in dicta Confraternitate à Nobis pluries visitata, institutum, pietas, & Christianę charitatis officia plurimum vigeant, non solum nostrum assensum damus, sed Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Protectori, & omnibus DD. Deputatis dictę Ven. Archiconfraternitatis N. (si aggregatio sit faciendā à Regularibus, dicatur -- Reverendissimo P. N. totius Ordinis N. Generali) enixè in Domino eandem Confraternitatem commendamus. In quorum &c.

N. Episcopus N.

Loco ✠ Sigilli.

N. Cancellarius Episcopalis.

ADNOTATIO.

1 **T**HESAURORUM COELESTIUM FIERI PARTICIPES. Hęc clausula ponitur ad demonstrandum, & indicandum, quod Confraternitas aggregata non gaudet privilegiis aggregantis, sed tantum de indulgentiis, & gratiis spiritualibus sit particeps, ut respondit Sac. Congreg. Episc. & Regul. in una Brugneten. 23. Novembris 1691. referente Cardinali Millino.

Testimonialis de absolutione  
data publicè excommunicato.

FORMULA XVIII.

SUMMARIUM.

1 Qui fuit publicè excommunicatus, non præsumitur absolutus, nisi appareat de absolutione.

**E**GO N. Confessarius Deputatus ab Illustrissimo, & Reverendissimo N. Episcopo N. vigore litterarum Sacrę Penitentiarię fidem facio, qualiter auctori